

CXXXV.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

Confirmatur Decretum Generalis Ord. Beate Mariae de Monte Carmelo; ne Commissarius Tertii Ordinis ejusdem in Provincia Fluminis Januarii, inconsulto ipso Generali, removeri possit.

Alia hujus Const. ed 1727. Aug. 30. P. 4. Tertiarum ejusdem Ordinis subiciantur Jurisdictioni Ministris Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio facti.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae Fluminis Januarii Tertii Ordinis B. M. de Monte Carmelo quod dilectus filius Gaspar Pizzolanti Prior Generalis dicti Ordinis, ne quicumque legitime electus, sive institutus, & acceptatus fuerit in Commissarium ejusdem Tertii Ordinis in praedicta Provincia, donec ejusdem Fratris acceptus fuerit, possint ab eo officio ipso Gaspare Priore Generali, ejusque Successoribus inconsulto removeri, etiam occasione promotionis ad Provincialatum, aut quodcumque aliud officium pro tempore exercitii cum illo incompatibili prohibuit, & alias prout uberius continetur in ejus Decreto desuper emanato, tenoris, quisequitur, videlicet.

Decretum praedictum.

S. 2. Die 6. Julii 1626. viso retroscripto libello, & attestazione, seu relatione admodum R. P. Procuratoris Gen. hodierni, cupientes quantum in nobis est ad utilitatem, & incrementum dilectissimi Nobis in Christo, ac Religiosissimi Tertii Ordinis opportune conferre, vi praesentium prohibemus, ne quicumque legitime electus, sive institutus, & acceptatus fuerit in Commissarium ejusdem Tertii Ordinis in Provincia nostra Fluvii Januarii, donec fuerit eisdem Fratribus Tertiaris acceptus, possit ab eo officio Nobis, aut Successoribus nostris inconsulto removeri, etiam occasione promotionis ad Provincialatum, aut quodcumque aliud officium pro tempore exercitii incompatibile cum supradicto, sed in eo casu substituat alius Religiosus pro eo tempore tantum, quo transacto P. Commissarius exerceat, ut antea monus suum sublata quibuscumque nostris Inferioribus secus ordinandi, aut faciendi potestate, omnemque Institutionem novi Commissarii, qua contra praesentium nostrarum literarum tenorem in posterum fiat, ex nunc pro tunc nullam, & irritam declaramus. Datum Romae in Conventu nostro S. Mariae Transpontinae die, & anno, ut supra: Jo. Gaspar Pizzolanti Generalis Commissarius. Fr. Josephus Maria Solarius Provincialis Scotiae, & Secretarius Reverendiss. Patris.

Loco + Sig.

Preces Frat. d. Provinciae.

S. 3. Cum autem, sicut dicti Exponentes praemissa pro illorum firmitate subsistentia Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, &

Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, prohibitionem a memorato Gasparo Priore Generali factam, ut praefertur, expeditumque desuper illius Decretum praesertim cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus supplemus.

Confirmatio relati Decretum.

S. 4. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eisdem Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

S. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferius ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV. Julii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXXVI.

Indulgetur Monachis Ordinis Sancti Hieronymi Provinciae Portugalliae usus Cucullae, eodem modo, quo Monachi ejusdem Ord. Congregat. Lombardiae, gestant.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

Alia hujus Const. ed. 1726. Jul. 24. P. 3. confirmatur quaedam Decreta Capituli Gen. ejusdem Provinciae, et Clem. XII. Const. ed. 1730. Oct. 11. P. 1. Confirmantur Constitutiones Congregationis Hispaniae ejusdem Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Prior Generalis, Diffinitorium, Priores, aliique Monachi Congregationis Sancti Hieronymi in Regno Portugalliae, quod cum Nos confirmaverimus, ejusque Monachale Institutum declaraverimus, illudque sit idem,

Facti expositio.

idem; quod dictus S. Hieronymus instituit, & una cum suis Discipulis in Bethlehem professus fuit, quorum ipsi legitimi Successores per continuatam successione existunt, prout sunt Monachi ejusdem S. Hieronymi Congregationis Italiae a q. Lopo de Olmedo, dum vixit, Monacho, & Superiore Generali Congregationis Hispaniae instituti, ipsi Exponentes cum veri sint Monachi, & a nonnullis pro talibus ob Cucullae defectum minime existimantur, ac Cuculla Scapularis coloris, quemadmodum Monachi dictae Congregationis Italiae utuntur, & cum eadem Cuculla, quae eorum habitus coloris existit, Verbum Dei praedicare, & cum illa in supplicationibus tam intra, quam extra Monasteria, & quoties eis in actu Communitatis cum Cruce, & Candelabris e Monasterio egredi necesse erit incedere, illique, qui Crucem, & Candelabra hujusmodi gestabunt, Cuculla pro superpelliceo Sacramento, & Christifidelibus Sacram Communionem administrare valeant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgeri de benignitate Apostolica dignamur.

Preces praefatorum Monachorum.

S. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium, praepositorum, qui relationem Venerabilis Fratris nostri Petri Episcopi Sabini ejusdem S. R. E. Cardinalis Orthoboni nuncupat. praedicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super praemissis eisdem Cardinalibus factam viderunt consilio, ut ipsi Exponentes, & futuri ejusdem Congregationis Monachi praedictae Provinciae Portugalliae indumento Cucullae fuscis, seu fulvi coloris per Constitutiones ipsius Ordinis a Sede praedicta pluries confirmatas praescripto, eodem modo, quo Monachi memoratae Congregationis Provinciae Lombardiae, seu Longobardorum Italiae gestant, & induuntur eodem cum amictu tam in Choro, quam extra procedere possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Indultum praedictum.

Clausula cum delegatoris.

S. 3. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque

Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferius habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Jul. MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXXVII.

Confirmantur Decreta quaedam Capituli Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Portugalliae.

Dat. 24. Julii 1726. An. 3.

In praecedenti Const. concessus fuit iisdem Monachis usus Cucullae, ad instar Monachorum ejusdem Ordinis Congregationis Lombardiae.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de Bettancurt. Prior Generalis Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Portugalliae, quod cum in Capitulo Generali dicti Ordinis, quod in Regio Conventu nostrae Dominae de Bethlehem nuncupat. extra muros Civitatis Ulyssiponen. Occidentalis sito Mense Majo anni 1724. celebratum fuit, pensum fuisse nonnullas interdum oriri inordinationes, ex eo, quod cum juxta ejusdem Ordinis Constitutiones Definitorium ex quatuor tantum Definitoribus constituitur, istique inter caetera electionem Prioris dicti Conventus, qui etiam Prior Generalis totius Ordinis existit confirmare, aut reprobare debeant, propter vero aequalem votorum numerum contingere possit, ac interdum contineat, quod in aequales votorum partes quatuor Definitoribus divisit, quidquam canonice decerni non valeat, nec a Constitutionibus hujusmodi praefixum sit, quae pars eo casu prevalere debeat, sicuti etiam in iisdem Constitutionibus nihil circa Praesidentem Capituli Generalis statutum reperitur, solumque dispositum, quod si quando unus ex quatuor Definitoribus actualibus Prior Generalis extitisset, hic ejusdem Capituli Praefes esse debeat, & casus evenire possit, quod nullus ex Definitoribus Prior Generalis extiterit, indecisa tunc remanente dicti Praesidentis deputatione.

Facti expositio.

S. 2. Ideo Capitulum generale supradictum, celebratum, ut praefertur, decrevit, quod im-

Decreta praedicti Capituli Generalis habiti anno 1724.



Filos habenda transumptis.

§.4. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii prefate Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Prefati ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubicumque tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VII. Aug. MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXL.

Dat. 8. Augusti 1726. An. 3.

Decernitur, ut deinceps locus Consultoris Sacrae Rituum Congregationis uni ex Fratribus Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis concedatur.

Simile privilegium concessum fuit alia hujus Constitutionis ad. 1725. Aug. 7. P. 2. uni ex Fratribus Conventualibus S. Francisci.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ratio justitiae exigit, ut Religiosorum Virorum Ordines in Ecclesia Dei pie sancteque instituti, qui multos pro Religione labores continuo sustinent, congruis honoribus, & gratiis decoremus.

Preces Prioris Generalis Ordinis.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius modernus Prior Generalis Ordinis Fratrum Servorum Beatae Mariae Virginis Nobis nuper exponi fecit, ipse, qui unus ex Consultoribus Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus praepositus existit, locum fixum Consultoribus hujusmodi, eidem suo Ordini assignari summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur erga praedictum Ordinem, quem in visceribus gerimus charitatis, aliquod Paternae nostrae benevolentiae monumentum exercere cupientes, ipsi sumque Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus locus Consultoris praedictae Congregationis Cardinalium, succedente illius pro tempore vacatione, uni ex memorati Ordinis Professoribus concedi, & assignari debeat, auctoritate Apostolica tenore presentium decernimus, & ordinamus.

Decretum praedictae Congregationis.

§.3. Decernentes pariter easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, &

Clausula cum derogatione.

per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Augusti MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio

CXLI.

Extenditur Constitutio edita pro Tertiariis Ordinis S. Francisci, ad Tertiarias Ordinis Servorum B. M. Virginis.

Dat. 8. Augusti 1726. An. 3.

Laudata Constitutio edita est 1725. Decemb. 10. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Prior & Procurator Generalis Fratrum Ord. Servorum B. M. Virginis, quod cum ipsi longa experientia cognoverunt nonnullas molestias, vexationesque, quas ejusdem Ordinis Tertiariae tolerant, ab illis locorum Ordinariis, qui ejusmodi Tertiarias ad eorum dependentiam, seu superioritatem adigere volunt, exoriri, idque eidem Tertiariis animi perturbationem, & spiritus dispersionem, atque praedicti Ordinis Superioribus non modicam inquietudinem parere, dicti Exponentes, quo similibus inordinationibus occurrant, Literas nostras sub plumbo desuper ad perpetuam rei memoriam Anno Incarnationis Dominicae 1725 quarto Idus Decembris Pontificatus nostri anno secundo expeditas, per quas inter alia Tertiariae Ordinis Sancti Francisci a Jurisdictione, & dependentia Ordinariorum eximuntur, ad Tertiarias primo dicti Ordinis per Nos extendi summopere desiderant, praesertim quia hunc Ordinem a felic. record. Innocentio Papa VIII. Praedecessore nostro ad participationem privilegiorum quatuor aliorum Ordinum Mendicantium admittum fuisse memoratur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Expositio Fratrum.

§.2. Nos igitur ipsos Priorem, & Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis,

Preces Prioris, & Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatae M. V.

tionis, & Interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Literas nostras praedictas, per quas Tertiarias secundo dicti Ordinis omnimoda Jurisdictioni, & regimini earum Ministri Generalis subjiuntur, ad Tertiarias primodicti Ordinis auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo extendimus, & ampliamus, itaut illae Prioris Generalis pro tempore existentis hujus Ordinis curae, & superioritati subiectae omnino sint.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit primo dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VIII. Augusti MDCCXXVI. Pontificatus nostri anno Tertio.

CXLI.

Dat. 14. Augusti 1726. An. 3.

Statuuntur nonnulla pro recto regimine Hospitalium, & Montis Pietatis Civitatis Casertanae.

De Statuto erecto ab hoc Pontifice Romae pro Hospitali S. Gallicani vide Const. ed. 1726. Decemb. 6. P. 3.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a benevolentia in Ecclesiam Casertanensem, olim Sponsam suam.

Quotiescumque cogitamus (hoc autem, saepe contingit) nos Ecclesiae Casertanae sex, & quadraginta ab hinc annis Pastoralis Officio praefuisse; toties memoria repetimus regulas, instructiones, edicta, & Synodales Constitutiones, quibus illius Episcopatus rebus, & praecipue locorum Piorum administrationi pro nostri ingenii viribus providere curavimus. Postquam vero ineffabile Dei consilium, nullis exigentibus meritis nostris, in Cathedra B. Petri Apostolorum Principis sedere nos voluit, saepe numero ad eandem dilectissimam olim Sponsam nostram Ecclesiam Casertanensem oculos Pontificiae charitatis convertimus, ut aliquod nostrae pro ea sollicitudinis argumentum ostenderemus; dumque se nobis primo obtutu Seminarium Clericorum Saecliarium Episcopatus obtulit, statim de illo amplificando, novisque redditibus augendo decrevimus, ut adolescentes, Militiae

Ecclesiasticae nomen datur, in eo moribus, & literis, quae decent Sacros Ministros commodius imbuantur.

§.1. Quam vero nuper haud modica animi nostri perturbatione rursus nobis innoverit, quod ceteroquin oculis nostris olim adspeximus, atque hisce manibus contraximus, Xenodochia nimirum, sive Hospitalia, & Montem Pietatis Casertanae ob incuriam, & culpam laicorum, non ea qua decet cura, & vigilantia gubernari, eorum redditus, in peregrinorum, & Pauperum beneficium convertendos, Dei timore postposito, dissipari; quaeque pii eorumdem auctores Dei obsequio, & Religioni destinauerant, jam dudum dilapidari, nos huic malo remedium aliquod allaturi, praesentem Constitutionem nostram edere decrevimus, duodecim capita complectentem, pro eorumdem Xenodochiorum, sive Hospitalium, & Montis Pietatis tutiori administratione in posterum observanda, ne amplius ea, quae peregrinis, & pauperibus Christi veterum Casertanensium pietas danda esse voluit in alios usus, contra eorum mentem manifesta Dei offensio, transferantur, capita vero, quae diximus, huic nostrae Constitutioni inferi volumus, ut perpetuis futuris temporibus legi, neque ab ullo, ad quem pertinere videbuntur, ignorari unquam possint; Haec autem sunt.

Causae praesentis Constitutionis: iniuria nempe in gubernandis Xenodochiis, a laicisque publicis.

§.2. Pro Hospitali SS. Crucifixi.

Statuta praedicta pro Hospitalibus.

I.

Priores, ad regimen Hospitalis Sanctissimi Crucifixi deputati, perpetuis futuris temporibus sint decem tantum: horum quinque sint ex ordine Ecclesiastico Saeculari: Unus ex Canonicis Ecclesiae Cathedralis decretorum doctor, qui Primitivii vocabulo utatur; duo alii sint ex numero Parochorum: Ceteri duo ex numero simplicium Presbyterorum. Quinque reliqui de more sint ex laicis, quinque vero illi Ecclesiastici ab Episcopo eligantur ad nutum ejusdem Episcopi quomodocumque, & quomodocumque ipsi placuerit, inde amovendi, sed quinque reliqui ex ordine laicorum, de more, a publico, & generali actu consiliariarum Civitatis eligantur.

De numero, ordine, & electione Priorum d. Hospitalis.

II.

In quocumque munere, & officio, quod inter Priores ejusdem Hospitalis Sanctissimi Crucifixi distribui contigerit, nunquam bini, aut singuli tantum laici habeantur, sed unus ex Ecclesiasticis, alter ex laicis.

Qui ex praedictis ad officia eligendi sint.

III.

Inter Ministros Hospitalis Sanctissimi Crucifixi Rationarius, seu Calculator, & Director ejus redditum sit semper extraneus, a solo Episcopo eligendus, cujus etiam nutu, ex officio suo removeri possit: ad eundem Rationarium, & Calculatorem pertineat examinare, & recognoscere administrationes, quae fiunt in ceteris locis Pii Civitatis; quaeque propterea eam portionem in annum ejusdem Rationarii stipendium de suo conferant, quam Episcopus ei tribua-

De Rationario, seu Direttore reddituum ejusdem Hospitalis.



furam, ac Ritus, mores, consuetudines, & regu-  
aria instituta præfati Ordinis servare, di-  
vini laudibus, & officiis insistere debeant,  
& teneantur.

Et si que non-  
nulla Privile-  
gia, exemptio-  
nes, & gratia  
indulgentia-  
rum.

§.5. Et insuper eidem Monasterio Illiusque  
Priorissæ, & Monialibus nunc, & pro tempore  
existentibus, quod omnia earum bona, ac qui-  
cumque Censuræ, Terræ, Domus, Possessiones,  
bona mobilia, & immobilia, quovis nomine  
nuncupata per quoscumque Christianos in per-  
petuum, vel ad tempus, simulque, vel suc-  
cellive pro augmento bonorum Monasterii hu-  
jusmodi, & Monialium in eo pro tempore degen-  
tium, seu alicujus earum intuitu, vel contem-  
platione, ac etiam titulo elemosynæ vel alias  
quomodolibet donata, assignata, & erogata,  
ac in posterum donanda, assignanda, & eroganda  
ex nunc prout, & postquam donata, assignata,  
& erogata fuerint, libera, immunita, & exempta  
a decimis, & aliis quibuscumque oneribus,  
& impositionibus esse debeant; ita quod liceat  
Priorissæ, & Monialibus nunc, & pro tempore  
existentibus præfatis corporalem, realem, &  
actualem illorum, juriumque, & pertinentiarum  
quarumcumque possessionem per se, vel  
alium, seu alios earum, ac dicti Monasterii no-  
minibus propria auctoritate libere apprehende-  
re, & apprehensam perpetuo retinere; fructus  
quoque, redditus, & proventus, jura, obven-  
tiones, & emolumenta ex eis provenientia,  
quæcumque percipere, exigere, levare, ar-  
rendere, locare, dislocare, ac in communes earum,  
& dicti Monasterii usus, & utilitatem con-  
vertere, Diocesani loci, vel cujusvis alterius  
licentia desuper minime requisita; quodque Prio-  
rissa, & Moniales nunc, & pro tempore existen-  
tes præfate omnibus, & singulari Privilegiis, facultatibus,  
Immunitatibus, exemptionibus, præ-  
rogativis, præminentibus, antelationibus, con-  
cessionibus, Indultis, Indulgentiis, favoribus,  
& gratiis universis tam spiritualibus, quam tem-  
poralibus, quibus alia Moniales dicti Ordinis in-  
genere, vel in specie, etiam per viam simplicis  
communicationis, aut alias quomodolibet utun-  
tur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti,  
frui, potiri, & gaudere possunt, & valeant, in  
omnibus, & per omnia dummodo tamen illa,  
seu illa sint in usu, & non revocata seu revoca-  
ta, nec sub aliqua revocatione comprehensa,  
ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini De-  
cretis, & Constitutionibus Apostolicis, dictique  
Ordinis institutis non adversentur, eadem Apo-  
stolica auctoritate similiter perpetuo concedimus,  
& indulgemus.

Approbantur  
præf. Mona-  
sterii Consti-  
tutiones, seu  
regula.

§.6. Necnon Constitutiones, aut Ordinationes,  
seu Regulas hujusmodi pro firmiori illarum  
validitate, & subsistentia Apostolica auctoritate  
præfata etiam perpetuo approbamus, & con-  
firmamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis  
Apostolica firmitatis robur, vim, & effica-  
ciam adjicimus, illasque ab omnibus ad quas  
nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spe-  
ctabit in futurum firmiter, & inviolabiliter ob-  
servari, & adimpleri.

Clausula spe-  
cialis.

§.7. Præsentibus quoque nullo unquam tem-  
pore de subreptionis, vel obreptionis, aut nul-  
litatis vitio, vel intentionis nostræ, seu alio quo-

cumque defectu notari, impugnari, invalidari,  
nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gra-  
tiarum revocationibus, suspensionibus, limita-  
tionibus, derogationibus, aut aliis contrariis  
dispositionibus per Nos, & Sedem Apostolicam  
præfata sub quibuscumque tenoribus, & for-  
mis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis,  
etiam motu simili, & de scientia, & Aposto-  
licæ Potestatis plenitudine paribus pro tempore  
factis, & faciendis comprehendere, vel confundi,  
sed tanquam ad majus Divini Cultus augmen-  
tum factas, & emanatas semper ab illis excipi,  
& quoties illæ emanabunt toties in pristinum, &  
validissimum statum restitutas, repositas, & ple-  
narie reintegratas, ac de novo etiam sub qua-  
cumque posteriori data per nunc, & pro tempo-  
re existentes Priorissam, & Moniales Monaste-  
rii præfati quomodocumque eligen, concessas, ac  
validas, & efficaces fore, & esse, suosque ple-  
narios, & integros effectus sortiri, & obtinere:  
sicque, & non alias per quoscumque Judices Or-  
dinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fun-  
gentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Au-  
ditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales  
etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, dictæ-  
que Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum culti-  
bet quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-  
cultate judicari, & definiti debere. Et si secus  
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,  
vel ignoranter contigerit attentari, irritum, &  
inane motu pari decernimus.

Deputantur  
Executores.

§.8. Et insuper quatenus opus sit pro præ-  
missorum observatione Venerabilibus Fratribus  
Archiepiscopo Lacedæmonien., & Episcopo Ta-  
gastæ, ac dilecto similiter Filio Emanuelli Alva-  
res Cidæ Canonico Ecclesiæ Eiboren. motu si-  
mili per præfatos committimus, & mandamus,  
quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum pro se,  
vel alium, seu alios eisdem præfatos, & in eis  
contenta quæcumque ubi, & quomodocumque  
opus fuerit, & quoties pro parte Priorissæ, &  
Monialium nunc, & pro tempore existentes præ-  
fatarum requisiti fuerint solemniter publicantibus,  
eis in præmissis efficacis defensionis præsidio as-  
sistentes faciant auctoritate nostra illas, & in  
eis contenta hujusmodi ab omnibus, & singulis  
ad quos spectat, & pro tempore spectabit invio-  
labilitate observari, illisque pacifice frui, & gau-  
dere, non permittentes quempiam ex Priorissæ  
& Monialibus nunc, & pro tempore existentes  
prædictis desuper quomodolibet indebite mole-  
stari, Contradictores quolibet, & Rebelles per-  
sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas,  
aliaque opportuna juris, & facti remedia, ser-  
vata tamen forma Concilii Tridentini, appella-  
tione postposita compescendo.

Derogantur  
peculiaribus.

§.9. Non obstantibus felicis recordationis  
Bonifacii PP.VIII. etiam Prædecessoris nostri de  
una, & Concilii Generalis de duabus dietis,  
dummodo tamen ultra tres dietas aliquis vigore  
earumdem præsentium extra suam Diocesim ad  
Judicium non trahatur, & quibuscumque præ-  
sentibus prædicti Archiepiscopi, sive ejus  
Promotoris Fiscalis, & quæcumque litem in  
quocumque Tribunali, aut Congregatione Ur-  
bis, & de Partibus indecisa pendente, ac qui-  
busvis Apostolicis, etiam in Synodalibus, Pro-  
vincialibus, Generalibus, Universalibusque Con-  
ciliis editis, vel edendis specialibus, vel Gene-  
ralibus Constitutionibus, & Ordinibus, Privi-  
legiis

pro præfatis  
Servæ Dei Bea-  
tificatione.

legiis quoque Indultis, & literis Apostolicis ei-  
dem Monasterio, ac quibusvis aliis Superioribus  
& personis in genere, vel in specie, aut alias in  
contrarium præmissorum forsitan quomodolibet  
concessis, confirmatis, & approbatis; Quibus  
omnibus, & singulis, etiam pro illorum suffi-  
cienti derogatione, alias de illis, eorumque  
totis tenoribus, specialis, specifica, expressa,  
& individua, ac de verbo ad verbum, non au-  
tem per clausulas generales idem importantes  
mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut  
aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret,  
tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum  
nihil penitus omisso, & forma in illis tradita ob-  
servata inserti forent præsentibus pro plene, &  
sufficienter expressis habentes, illis alias in suo ro-  
bore permanentis, latissime, & plenissime, ac spe-  
cialiter, & expresse, necnon opportune, &  
valide hac vice dumtaxat motu simili, deque  
scientia, & potestatis plenitudine paribus dero-  
gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub  
Annulo Piscatoris die III. Augusti MDCXXVI  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXXIX.

Dat. 7. Augu-  
sti 1726. An. 3.

Adscribitur Beatorum Catalogo Servæ Dei Hyacinthæ de Mariscottis, Monialis Tertii Ordinis S. Francisci.

Alia hujus ed. 1728. Maji 14. P. 4. Beatus declaratur Servus Dei Joannes de Prado Ord. Minorum S. Francisci Excalceatorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præsumimus a  
debito promo-  
vendi cul-  
tus Sancti  
Virginium.

Quemadmodum Redemptor, & Magister  
Noster Christus Jesus, qui seder ad dex-  
teram Majestatis in Excelsis, Sacras Virgines,  
quæ in diebus suæ peregrinationis oblitæ popu-  
lum suum, & domum Patris sui, propriam vo-  
luntatem cum omnibus concupiscentiis cruci-  
fixam Deo sub suavi Religionis Jugo obtulerunt  
in holocaustum, & odorem suavitatis, ac virtute  
ex alto induta, & spiritu, vitæque austeritate facta  
carnis mortificantibus, bonum certamen certant,  
fideque servantes, cursum feliciter consummarunt,  
ac intrare cum Sponso ad Nuptias meruerunt;  
inmarcescibilis gloria Corona donat in Cælis,  
harumque Sanctitatem interdum signis, atque  
portentis testatam facit: Ita, & Nos, qui ejus  
vices licet immeriti, in hac terrena statione gerimus,  
Magistri nostri vestigiis, quantum nostra fert  
infirmas, inherentes, illarum in terris cultum,  
& venerationem, ut ipsarum Christi Ancillarum  
virtutes narrent Populi ac laudes earum nuntiet  
Ecclesia, & quæ sequuntur agnum quocumque  
ierit, luctantem cum seculi tentationibus imbecillitati  
nostræ adjutorii Cælestis opem, & præsidium a  
sponso jugiter impetrare dignentur, promovere  
studemus, sicut ad Omnipotentis Dei Gloriam,  
Catholicæ Ecclesiæ decus, fidelium adificationem,  
& animarum salutem salubriter in Domino expedire  
arbitramur.

Judicium Congregationis

§.1. Cum itaque mature, diligenterque dis-

cussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Procellibus de Apostolicæ Sedis licentia concessis super vite sanctitate, & virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico quibus Serva Dei Hyacintha de Mariscottis Monialis Professa Tertii Ordinis S. Francisci multipliciter claruisse, necnon Miraculis quæ ejus intercessione & ad manifestandam hominibus illius Sanctitatem a Deo patrata fuisse assererentur, eadem Congregatio coram nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, unanimiter censuerint posse, quandocumque Nobis videretur, prædictam Servam Dei Beatam declarari, atque interim indulgeri, ut de ea tanquam de Virgine non Martyre in quibusdam locis Officium, & Missa recitari, & celebrari valeant.

Preces non-nalorum.

§.2. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis Dilecti Filii Nobilis Viri Francisci Mariæ Ruspuli Terræ Cerueteris Principis, aliorumque Causæ Beatificationis hujusmodi Postulatorum, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, necnon dilectarum in Christo Filiarum Monialium Monasterii Sancti Bernardini Viterbien. in quo præfata Serva Dei Hyacintha Professionem Regularem emiserat, ac diem obiit, supplicationibus (quas dudum plures etiam charissimi in Christo Filii Nostri Orthodoxi Reges, ac alii sublimes Catholicæ Principes devotarum suarum precum accessione roboraverant) Nobis super hoc humiliter porrectis, paternæ benignitate annuentes de memoratorum Cardinalium consilio pariter, & assensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, ut eadem Dei Serva Hyacintha de Mariscottis in posterum Beate nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in procellionibus circumferenda) exponantur, Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de ea quotannis die Anniversariæ felicitis ejus obitus, seu alia die non impedita illam immediate sequenti recitetur Officium, & Missa celebretur de Virgine non Martyre, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani.

Præfata Serva Dei Beata declaratur.

§.3. Porro recitationem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis dumtaxat infrascriptis; videlicet in Terra Vignanelli Civitatis Castellæ, Diocesis, in qua dicta Serva Dei nata est, in Civitate Viterbien. ubi ad Cælos evolavit, ac Venerabile ejus Corpus requiescit, & in universo Ordine Sancti Francisci tam Fratrum, quam Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam a Sacerdotibus confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, & quoad Indias a die, quo eadem præfates literæ illuc pervenerint, inchoando, in Ecclesiis Terræ, Civitatis, & Ordinis præfatarum solemnia Beatificationis ejusdem Servæ Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici Majori, die ab Ordinariis respective constituta, & intra sex Menses promulganda, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem primam Mensis Septembris proxime venturi assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de, & super non cultu editis, exterisque contrariis quibuscumque.

Conceditur facultas celebrandi Missam, & officium ejusdem Beate recitandi in certis quibusdam locis.



De Prefide Capituli Generalis.

De Novitiorum educatione.

Preces Prioris Generis.

Confirmatio decretorum.

Claufula.

posterum sit, & esse debeat Prior Generalis totius Ordinis, qui in eodem Capitulo sui Generalatus officium absolvit, atque hic eveniente casu predicta aequalitatis votorum in Definitibus votum decisivum habere debeat. Ac insuper idem Capitulum recte Novitiorum educationi consulere cupiens, & ad evitandam regularis disciplinae relaxationem ex eo potissimum ortam quod novi Alumni citius ab obedientia Magistrorum eximuntur, mandavit, ut in posterum Novitii tam Conventuales, quam Collegiales sub obedientia suorum Magistrorum vivere debeant per sexennium, nec ullo modo liceat eidem Priori Generali super eiusmodi Decreto, ejusque observantia dispensare, & alias prout in memoratis Decretis constare asseritur.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Franciscus Prior Generalis praemissa quo firmiter subsistant, Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos dictum Franciscum Priorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum haurum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, supra scripta Decreta Capituli Generalis cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore mansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Julii MDCCXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CXXXVII.

Confirmatur erectio Conservatorii pauperum Puellarum Oppidi Guimaren., Bracharen. Diocesis, in Monasterium Tertii Ordinis Carmelitarum.

Dat. 3. Aug. 1726. Ann. 3.

Alia dua extant hujus Constitutiones pro isdem Tertiariis, in quarum una ed. 1726. Jul. 24. P. 3. cavetur ne Commissarius Provinciae Pluminiis Januarii inconsulto Generali removeatur, in altera ed. 1727. Aug. 30. P. 4. subjiciantur jurisdictioni Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosanctae Militantis Ecclesiae Gubernacula ex Summi Sacerdotii cathedra nobis, meritis licet imparibus demandata tenentes, ad ea per quae pauperes Puellae olim sub aliquo vivendi Regula in communi Domo Conservatorii viventes, tandem spretis hujus infelicis saeculi illecebris, tanquam prudentes Virgines accensis lampadibus obviam iturae Sponsi Jesu, eadem Domo in Monasterium erecta, assumptoque Regulari habitu perpetuum Altissimo famulatum impendere, aeternamque beatitudinem consecrati valeant, ac exinde honoris flores, & honestatis fructus, regularisque Vitae propagatio deveniant propensis studiis intendimus; & ne in posterum de hujusmodi erectionis validate haeritari contingat, sed litium anfractibus, & dissidiis super hoc habitis hucusque finis perpetuo imponatur, ac personae in ea degentes Divinis laudibus ea, qua par est mentis puritate, & Cordis sinceritate liberius insistant, erectionem Monasterii hujusmodi Apostolicae confirmationis munimine roborantes, Pastoralis Officii Nostri partes favorabiliter interponimus, prout personarum hujusmodi, ac locorum, & temporum qualitibus matura consideratione pensatis in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, alias videlicet de Anno Domini Milleesimo sexcentesimo octogesimo quinto, seu alio veriori tempore in Oppido de Guimaren. Bracharen. Diocesis simplex Conservatorium nonnullarum Puellarum in communi viventium per quemdam tunc in humanis agentem Franciscum Antunes Torres, dum viveret, seu juxta ejus sub qua ab humanis decessit dispositionem Testamentariam fundatum, & erectum extiterit. Subinde vero scilicet de anno ejusdem Domini Milleesimo sexcentesimo octogesimo septimo Puella praefatae habitum, & Institutum Ordinis Fratrum Carmelitarum Tertii Ordinis nuncupatorum de manibus ejusdem Ordinis Superiorum susceperint, adhaesque paucis ab inde annis tam illius Fabrica Regio Diplomate mediante constructa, quam annuis redditibus, & Tertiariarum numero, tunc existens loci Ordinarius

Exordium a cura regularis vitae propaganda.

Referunt fundatio praedicti Conservatorii, ejusque erectio in Monasterium Tertii Ordinis Carmelitarum.

narius non tantum Ecclesiae de ejus Licentia extracta benedictionem impartiri, verum etiam ibidem Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reponi, Claustra benedicti, nonnullas sepulturas pro eisdem Puellis aperiri concesserit, dictaque Puella sese noviter Jurisdictioni, & Gubernio tunc existentium Superiorum ejusdem Ordinis submiserint, ac sub regimine dilecti Filii Fratris Antonii de Incarnatione tunc existentis Commissarii Generalis dicti Ordinis in Regno Portugalliae per aliquod temporis spatium permanserint. Cumque in Constitutione Pii PP. V. Praedecessoris Nostri, quae incipit. Circa Pastoralis Sae. Caveatur expresse, quod Puellae in hujusmodi Conservatorii degentes, vel in manibus propriorum Superiorum solemnem emittere te neantur Professionem, aut Conservatoria hujusmodi dissolvantur, & supprimantur, propterea de anno pariter Domini Milleesimo septingentesimo quarto, seu etiam alio veriori tempore, cum tunc existentes Puellae praefatae opportunum situm Clausuram, Officinas, Dormitoria, Cellas, ac Suppellectilia sacra, & profana, necessariosque annuos redditus haberent, & nemine contradicente, concurrentibus in eisdem omnibus necessariis requisitis pro erectione Conservatorii praefati in Monasterium Monialium praefati Ordinis, earum solemnem Professionem in manibus praefati Commissarii Generalis specialiter ad id a tunc existente dicti Ordinis Superiore Generali deputati expresse emisissent.

§.2. Qua solenni professione trium substantialium votorum, ac perpetuae Clausurae in manibus Superiorum dicti Ordinis, iuxta Constitutionem praefatam, ut praefertur, emissa; licet dictum Conservatorium formale Monasterium, ac Puellae praefatae Moniales dicti Ordinis respective evaserint; & ab omnimoda Jurisdictione Ordinarii exemptae, Superioribus dicti Ordinis, qui eas usque ad annum ejusdem Domini Milleesimo septingentesimo septimum pacifice gubernarunt, subiectae extiterint; nihilominus eo tempore, ut etiam accepimus, tam a Venerabili Fratre moderno Archiepiscopo Bracharen., quam a dilecto etiam filio moderno Parochialis Ecclesiae ejusdem Oppidi Rectore, eo sub praetextu, quod Puellae praefatae per illius manus Paschale Sacramentum non suscepissent, ac sub praetentione, quod ipse vere Moniales non existerent, nec a Jurisdictione ejusdem Ordinarii exemptae essent, varias litium molestias passae fuerant; quapropter habito per Dilectas in Christo Filias modernas Priorissae, & Moniales praefati Monasterii in gradu appellationis ad Tribunal Nunciature Apostolicae Portugallien. recursu de anno similiter Domini Milleesimo septingentesimo octavo in libera possessione exemptionis ab Ordinarii praefati Jurisdictione, prout erant manuti obtinerunt, & deinde ad Sedem Apostolicam pro approbatione, & confirmatione Erectionis praefati Monasterii, ac quatenus opus esset cujuslibet nullitatis, quae in ea intervenire potuisset sanatione, recursu etiam de super habito de anno pariter Domini Milleesimo septingentesimo decimo octavo a dilecto etiam Filio nostro, & Sedis Apostolicae praefatae Nuncio in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis commoranti favorabilem informationem reportaverint, dictisque Archiepiscopus ab inde citra se

opposuerit sub praetextu, quod Conservatorium praefatum absque Sedis Apostolicae praefatae licentia, ac Ordinarii consensu nulliter in Monasterium Monialium erectum fuisset, ac Priorissa, & Moniales praefatae utpote nulliter professae sub illius Jurisdictione adhuc remanere deberent.

§.3. Nos igitur, qui quantum in Domino possumus personarum quarumlibet praesentium Monialium Regularis vitae disciplinam servantium quietem, & tranquillitatem, litium jurgiorumque perturbatione reinota, Paternis, & sinceris desideramus affectibus, ac attendentes, quod licet Conservatorii hujusmodi, ut praefertur in Monasterium praefati Ordinis Erectio, & Institutio usque, & de praefato anno Domini Milleesimo septingentesimo quarto earum plenarium sortitae fuerint effectum, ac Priorissa, & Moniales praefatae in eodem Monasterio ad formam Erectionis, & Institutionis praefatarum Altissimo famulatum exhibentes in Divinis laudabiliter deservierint, & deserviant de praesenti, & ab inde citra Constitutiones, seu Ordinationes, aut Regulae secundum earum institutum pacifice, & absque ulla contradictione per eas observatae fuerint. Nihilominus ne de Erectionis, & Institutionis hujusmodi viribus, ex quo ille Apostolica auctoritate facta non fuerint, ac expressus Ordinarii loci hujusmodi desuper consensus non intercesserit, & ne de ejusdem Monasterii stabilitate ullo unquam tempore haeritari contingat, Monasterii praefati statui, & stabilitati declarumque, Priorissae, & Monialium conscientiarum quieti, & tranquillitati in praemissis opportune providere, easque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, necnon earum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate consequendum, ad effectum praesentium tantum consequendum, haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine praefati Monasterii Erectionem, & Institutionem, ut praefertur factas, Apostolica auctoritate praefata, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit sanamus, & convalidamus.

§.4. Ac dicti Monasterii Priorissam, & Moniales nunc, & pro tempore existentes ab omnimoda Jurisdictione praefati moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Bracharen. ac etiam praefati moderni, & pro tempore existentis ejusdem Parochialis Ecclesiae Rectoris etiam perpetuo eximimus, & liberamus, ac immediate pro tempore existentium Superiorum Regularium praefati Ordinis, a quibus actu reguntur, & gubernantur Jurisdictioni, ac Regimini subjicimus, cum facultate eisdem Superioribus Regularibus pro tempore existentibus tradendi Priorissae, & Monialibus praefatis nunc, & pro tempore existentibus tam Probationis, quam Professionis Velum, ita tamen, ut Moniales, quae in eodem Monasterio sub illius Regula recipiuntur, & admittuntur in futurum habitum per alias Moniales praefati Ordinis gestari solitum suscipere, & tempore Probationis elapso Professionem per easdem emitti consuetam expresse emittere, Regulam, necnon perpetuam Clau-

Hinc varie licet in Moniales excitae.

Indeque habitus ad Sedem Apostolicam recursum pro confirmatione.

Confirmatio praefatae erectionis.

Moniales ejusdem Jurisdictionis, ac Regimini Superiorum, ut dicti Ordinarii subiacentur.



buendam, & conferendam iudicabit, omni recurfu, & appellatione remota.

S.3. Pro Hospitali Sancti Tobie.

IV.

De numero, ordine, & electione Priorum d'Hospitalis S. Tobie

Ex duodecim Prioribus, ad regimen Hospitalis alii Sancti Tobie deputatis, perpetuis futuris temporibus sex sint ex Ordine Ecclesiastico Seculari, nimirum duo ex Canonicis Ecclesie Cathedralis, duo ex Parochis, duo ex simplicibus Presbyteris. Hos sex solus Episcopus eligat, semper eius nutu inde amovendos. Ceteri sex sint ex Ordine laicorum, eo modo eligendi, quem Constitutiones ejusdem Hospitalis prescribunt.

V.

Committere Episcopo Casense, executionis hujus Statuti.

Ut haec nostra sanctiones plenum, & citissimum effectum obtineant, Venerabili Fratri nostro Joanni Baptista Episcopo injungimus, ut statim ac praesertim nostram Constitutionem, acceperit, ex Prioribus laicis, regimini ejusdem Hospitalis S. Tobie deputatis, sex solos antiquiores in suo Officio relinquat; Sed pro sex reliquis recentioribus itidem laicis, ipse eligat sex alios ex Ordine Ecclesiastico, ut superius dictum est.

VI.

Abolente nonnulli sumus, qui Seminario Clericorum Secularium applicatur.

Ne redditus Hospitalis, qui Christi Pauperibus, & Peregrinis alendis sunt assignati, deinceps in commestationes, comotationes, & convivia impendantur, primo volumus, atque harum tenore jubemus, & declaramus, ut tria prandia, sumptibus ejusdem Hospitalis Sancti Tobie, sub praetextu Viatorum quotannis parari solita in festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, feria V. in Coena Domini, & in festo Resurrectionis Dominice omnino aboleantur, nec amplius parari possint. Secundo omnes eleemosynae tritici, panis, leguminum, nummorum, carnis, vini, aliarumque rerum, quae haecenus bis in anno, hoc est in solemnibus Natalis, & Paschatis Christi Domini distribui consueverunt pari pacto aboleantur. Tertio omnes sumptus inutiles, & omnino supervacanei in prandis, jentaculis, comestationibus, conviviis, coenis, refrigerationibus, & ceteris hujusmodi voluptatibus occasione Congregationum, Processionum, recognitionum, & bonorum Visitationum, fieri solitis, omnino aboleantur sub poena singulis transgressoribus centum scutorum argenteorum ipso facto incurrenda, & eorumdem are pro rata solvenda, quae Seminario Clericorum Secularium ejusdem Episcopatus applicabitur.

VII.

Eidem Seminario adjuvantur quaeque supererint ex annua administratione ejusdem Hospitalis.

Completo anno administrationis ejusdem Hospitalis Sancti Tobie, & statim recognitione facta, quaecumque ex annuis, & necessariis sumptibus ejusdem Hospitalis supererint, volumus, ut perpetuo eidem Seminario Clericorum Secularium adjudicentur.

VIII.

Quotiescumque ejusdem Hospitalis Piores congregari contigerit, ut de rebus ad Hospitalale pertinentibus aliquid secretis suffragiis decernant, eorumdem suffragia si fuerint numero utrinque paria, rursus ad nova suffragia non procedatur, sed Episcopus ipse, vel ejus Vicarius Generalis jussu, & nomine ejusdem Episcopi suo proprio suffragio possit, & debeat illorum suffragiorum aequalitatem tollere. eique parti adherere cui pro sua prudentia, & arbitrio sibi adherendum censerebit. Nullus vero actus nulla Congregatio sine praesentia Episcopi, aut ejus Vicarii Generalis fieri possit. Hoc sub poena omnium actorum nullitatis observandum indicimus; atque hoc idem caput etiam de Hospitali Sanctissimi Crucifixi dictum intelligatur.

De Congregatione, & suffragiis Priorum.

IX.

Idem Hospitalale, & Confraternitas Sancti Tobie, caeteraque duae Sanctae Mariae a Populo, & Sanctae Mariae a Suffragio, quibus singulis per Literas nostras Apostolicas in forma Brevis, editas die 30. Maji elapsi anni 1725, injunctum fuit onus perpetuae pensionis scutorum argenteorum monetae Romanae quinquaginta, Seminario Episcopali Clericorum Seminarium, perpetuis futuris temporibus persolvendae ejusdem pensionis medietatem singulis semestribus anticipato solvere debeant. Si octiduo ab elapso semestri aliqua ex his tribus Confraternitatibus medietatem ejusdem pensionis anticipato solvere neglexerit, tunc duplicatam pensionem solvere omnino debeat.

De pensione solvenda Seminario supra dicto.

S.4. Pro Monte Pietatis.

X.

Ceteris Ministris, & Officialibus Montis Pietatis adjungatur estimator pignorum semper a solo Episcopo eligendus, eidemque subiectus, atque inde ejus nutu, & arbitrio amovendus. Huic autem Ministro, uti reliquis, eam mercedem solvat Mons Pietatis, quae ab Episcopo solvenda censetur.

De estimatore pignorum eligendo.

XI.

Praeter duos Praesides laicos ejusdem Montis Pietatis publico, & generali coetu Consiliariorum Civitatis eligendos, Episcopus duos alios eligat ex Ordine Ecclesiastico Seculari ejus nutu, & arbitrio inde amovendos, quibus eadem onera, & emolumenta dabuntur, quae duobus Praesidibus laicis dari consueverunt.

De Praesidibus praedicti Montis Pietatis.

XII.

Episcopus perpetuis futuris temporibus independentem a quocumque, plena, & libera facultate potitur augendi, minuendi, declarandi, moderandi Constitutiones, Ordines, & Capitula, pro bono regimine ejusdem Montis Pietatis sancita, & statuta, quibus non tantum Ministris, & Officialibus ejusdem Montis subja-

Conceditur Episcopo Casense, facultas moderandi Constitutiones pro bono regimine ejusdem Montis.

Clause de rogatorie.

ceant; sed etiam Officiales Civitatis in omnibus, & quibuscumque rebus ad eundem Montem Pietatis pertinentibus sub poenis, quod in iisdem Constitutionibus vulgabuntur.

S.5. Haecenus capita duodecim ad Hospitalia Sanctissimi Crucifixi, & Sancti Tobie, ac ad Montem Pietatis Casense pertinentia, perpetuisque futuris temporibus inviolabiliter observanda, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & quatenus opus sit, Seminarii, Hospitalium, & Montis Pietatis praedictorum, respective fundatione, & crectione, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, eorumdem Seminarii, Hospitalium, & Montis Pietatis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia respective roboratis statutis, Consuetudinibus, Privilegiis, & literis Apostolicis, eis, & eorum cuilibet respective quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque respective tenoribus expressa mentio habenda esset in his nostris literis, ad praemissorum omnium, & singulorum effectum, illis alias in suo robore permanentibus, laetissime, & plenissime, ac speciatim, & expresse hac vice dumtaxat, Apostolica auctoritate, respective derogamus, & derogari volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sancti panna.

S.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae Constitutionis, Decreti, Statuti, & declarationis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare praesumerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorum Anno Incarnationis Domini MDCCLXXVI. XVIII. Kal. Septembris Pontificatus nostri Anno Tertio.

CXLIII.

Dat. 19. Aug. 1726. An. 3.

Indulgetur Monachis Congregationis Vallisole-tanae Ordinis S. Benedicti, ut ipsorum Abbas Generalis semel tantum infra quadriennium sui officii visitationem peragere teneatur.

Hac de re vide Pauli V. Const. ed. 1611. Decemb. 9. P. 7., necnon Greg. XIII. Const. ed. 1573. Febr. 10. P. 1., & Urbani VIII. Const. ed. 1624. Jul. 5. P. 1., quae hic citantur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Abbas Generalis praedictae Congregationis iuxta Constitutiones ejusdem antea tenebatur bis infra quadriennium visitationem peragere.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Monachi Congregationis Vallisole-tanae Ordinis S. Benedicti tam suo, quam eorum Abbatis Generalis nomine, quod in Capitulo Generali ejusdem Congregationis anno 1610. celebrato stabilitae fuerunt variae Constitutiones, quarum una concernit visitationem Monasteriorum, quam infra quadriennium Abbas Generalis dictae Congregationis durante ejus officio bis personaliter peragere debet; Si autem legitime impeditus fuerit, alteram earum per suos Commissarios deputatos adimplere potest, sed si possibile fuerit, semel ejusmodi visitationem per seipsum per-

agere tenetur, prout legitur in libro primo Statutorum Madriti anno 1606. editorum cap. 19. n. 1., per quae mandatur, ut Abbas Generalis visitet bis in quadriennio omnes Domus Religionis, necnon suae Conventualitatis, & oneratur ejus conscientia, ut has visitationes per se personaliter agere procuret, primam scilicet annis duobus prioribus, & secundam duobus annis posterioribus; Si vero propter morbum, aliaque occupationes peragere eas non possit, discernitur, & statuitur sub poena gravis culpae, ut bis in quadriennio, aut per se, aut per suos Commissarios ullam Domum, sed saltem singulas per seipsum semel visitare non omitat.

Ideoque statutum fuit a Paulo V.

S.2. In quibusdam vero literis fe. re. Pauli PP. V. Praedecessoris nostri desuper in si nili forma Brevis die 9. Decembris 1611. expeditis eorumdem Constitutionum confirmatoris, quarum initium est: Ex injuncto Nobis &c. legitur sic: Septimo, quod non sint Visitatores, nec Suppletores eorum, sed quod Generalis bis visitet Congregationem in quadriennio per se ipsum si potuerit, sive per suos Commissarios, sed si possibile fuerit non omitat per seipsum semel tantum visitare omnia Monasteria Congregationis, & alias prout in praedictis Pauli Praedecessoris literis uberius dicitur contineri.

Causae praesentis Congregationis.

S.3. Porro cum experientia docerit enunciatas duas visitationes hucusque factas anno primo, & ultimo quadriennii fuisse parum fructuosas, quippe primo anno Abbates novi nondum totaliter administrationem, sive gubernium Monasteriorum disposuerunt, unde male administrationis redargui possint, quantum autem ad ultimum annum spectat similiter inutilis est, illa visitatio, nam Abbates tunc deponunt suum officium, novique iis succedunt, ac sic crescent incommoda, & sumptus Monasteriorum, quorum debita iam ad quingenta millia Ducatorum monetae Hispaniae, ascendant, ideo in novissimo Capitulo Generali habito Vallisoleti in Monasterio S. Benedicti Mense Majo anni proxime praeteriti omnium sententia fuit ad Nos recurrendum esse rogando pro fructu Visitationum, & Monasteriorum indemnitate praecipere velimus, ut non obstantibus Constitutionibus supra dictis, ex literis ejusdem Pauli Praedecessoris Abbatis Generalis praedictae Congregationis imposuerunt, semel dumtaxat in quadriennio omnia Monasteria inchoando Mense Septembris anni secundi sui Generalatus visitare teneatur, & post continuandum sine intermissione considerabili usque dum ad finem pervenerit cum facultate ulterius peragendiante, aut post visitationem extraordinariam Monasteriorum, vel per se, vel per suos Commissarios, prout necessarium, & congruum tam Constitutionibus ipsius Congregationis, quam observantiae regulari existimabit.

Quaedam aliae visitationes ejusdem Congregationis.

S.4. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti Exponentes ejusmodi duas enunciatas visitationes per Constitutiones praescriptas & per literas Pauli Praedecessoris confirmatas, ut praefertur ad unam dumtaxat a Generali personaliter in quadriennio reduci, & alteram extraordinariam pro suo arbitrio, si necessitas exigat peragi, ac Constitutionibus ejusdem Congregationis, quibus tribuitur facultas Capitulo Generali illas declarandi, alterandi, & mutandi, etiam a Sede Apostolica confirmatas, novaeque leges pro bono regimine condendi, prout